



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 106. Primogenitus Tunitani Regis Filius ad summi Pontificis pedes
provolutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

portatis clarus, qui pro Religione, patria & Rege suo libertatem, sanguinem, opesque suas non semel profundebat: Erat quoque Religiosorum suæ vocationis memorum cultor eximius, immemorum vero hostis implacabilis, cujus rei fatale habuit experimentum quidam Cracoviensis Jesuita, qui, cum coram Conjecpolskio circa annum Domini millesimum sexcentiesimum trigesimum concionaretur, hanc ab eo laudem tulerat: *Egregius hic foret Præsul, si Religioni non esset obstrictus.* Obtinendæ Prælaturæ fiducia deceptus hic Jesuita, prætexta Parentum suorum inopia, quamvis Cracoviense Collegium in eorum sustentationem sexcentos florenos obtulisset, Societatem deseruit, & recta Barum profectus, ad Conjecpolskium contendit, a quo tamen non admittus, hoc duntaxat responsum tanto Duce dignum tulit: *hunc Patrem ut Jesuitam novi, & illum amavi, alterum vero non nosco:* quo responso Jesuita perculsus, dimisso a se famulo cultrum arripuit, decemque ictibus pectori suo inflicto animam evomuit.]

Sæc. XVII.
A. C. 1646.

Locut. Dei
P. Daniel
Pawlowski
pag. 29.

§. CVI.

*Primogenitus Tunitani Regis Filius ad
summi Pontificis pedes provolutus.*

A a 5

Inter

Sæc. XVII.
A. C. 1646. Inter tot tumultuum procellas, quibus Ecclesia Romana iniquissimo hoc tempore jactabatur, haud parum Innocentii summi Pontificis animum erexerat Hamatheus Tunetanus Princeps. Hic primogenitus ipsius Regis Filius, Regnique hæres jam ante aliquot annos frequens cum Christianis Catholicis colloquium habere solitus, sensim vehementi capeffendæ Religionis desiderio incitabatur: unde clam fuga ex Tuneto in Siciliam se proripuit, ac Catholicæ fidei præceptis imbui, necnon sacro fonte ablui petiit, demum vero hoc anno Romam profectus, sese Innocentio X. Pontifici Maximo stitit, eumque more Christianorum Principum osculo pedum veneratus est, a quo etiam liberaliter habitus, per aliquot annos sese Romæ detinuit.

§. CVII.

Secreta Caroli I. Angliæ Regis conventio cum Hiberniæ Catholicis.

Rapin Thoiras Hist. d'Angl. l. 21. Postquam Carolus I. Angliæ Rex a rebellibus Anglis Scotisque ad tantas redactus erat angustias, ut Oxonium profugus, omnique ope destitutus, cum inimico Parlamento ad ejus arbitrium pacem inire cogeretur, eo sine Londinum proficisci statuit, atque pro